



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. XVI. De Officio Acolithi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

Monitiones energumenis facienda. Cap. XII.

TVM sēpē moneat, vt precibus, orationi, & sanctis meditationibus, & pietatis studijs, atque exercitationi se dent; religiosas Ecclesias, ubi sanctorum reliquiae reconditae sint, certis diebus pie visitent: ieiunia præterea, & in sexta quaque in primis seria, quo die passionis Iesu Christi Domini memoria recolitur, religiosè amplectantur.

A quo contactu cauere debeat exorcista, sui, & altaris.

Cap. XIII.

Caveat dum exorcizat, ne energumenæ mulieris capiti, corporive, nisi cum magna honestate, atque cautione manum adhibeat; neve energumenum energumenam ve altari imponat, neve quicquam aliud agat, quod offendit præbeat.

Ad formam libri comprobati exorcismus fiat, eiusque regulæ tabella descriptæ habeantur. Cap. XIV.

NE alijs verò exorcismis, precibus ritibusq; ad id munus utatur, nisi ad libri à Santa sede Apostolica comprobati rationem præscriptam. Cui nihil ab eo addi, detrahi, aut mutari fas sit.

Præscriptas regulas, quod diligentius seruet, tabella descriptas, eo loco si- bi proponat, vbi potissimum id munus geret.

Exorcistæ in ieiunijs exerceantur. Cap. XV.

Exorcistæ munus, cum sit energumenis manum imponere, à quibus, vt mali spiritus ejciantur, ieiunia, & orationes Christi Domini testimonio adhiberi iuvat: eos porro clericos, qui in exorcistarum numero adscribentur, vel hoc officium exercent, curet Episcopus in ieiunijs, & orationibus frequentius se se exercere.

DE OFFICIO ACOLITHI.

C A P. I.

ACOLITHVS, Subdiaconos, & Diaconos, ad altaris obsequium affectans, eis inferuat.

Lumina accendat, & deferat.

Vrceolos vini, & aquæ ad missæ sacrificium paret.

Qualiter Acolithi, ad comitatum Episcopi restitui de-

beant. Cap. II.

VT Acolithi munus, quod præter ceteras functiones fuit, Episcopū comitari, ad eam ipsam functionem, aliqua ex parte restituatur, curet Episcopus clericos, quos in eo ordine adscriperit, eam in loco, vbi ipse, aliquando

D præstari,